

habet perianthium, et fructus toto coelo diversus, scilicet drupa nuce ossea, biloculari.

Quaedam pomo globoso, tecto pilis brevibus erectis, densissimis, mihi maxime singularis, sed calyx cylindricus, truncatus. Corolla Nyctanthis Sambac sexfida. Antherae 6. Stylus 1. Pomum uniloculare, umbilicatum, polyspermum.

81.

Vir amplissime!

Heri primum habui Tuas die 9. Octobris nec antea.

202. Helleborus hyemalis.

237. Thlaspi montanum egregie.

195. Astragalus austriacus.

225. Symphytum tuberosum, avide exspecto descriptionem.

243. Swertia perennis.

233. Polygala Chamaebuxus, singularis figura corollae.

277. Cistus canus. anne calyces pilosi?

196. Lycopodium selaginoides, egregia explicatio fructificationis, omnino convenit cum Lycop. Selaginoides.

298. Salix retusa certissime.

Ups. 1775, d. 16. Febr.

Nunc antequam responsum abit, accessit n. 25. Januarii data Epistola Tua.

221. *Juncus Jacquini*. Laetor magnopere quod hanc plantam explicare lubet. in figura Tua ad sinistram manum inter flores delineas quasi parvos flores Cyperi, quid hoc?

231. Crataegus Chamaemespilus, frustra quaeruntur limites inter semina ossea et cartilaginea.

252. Cistus Fumana. an in Tuis floribus observas stamina glandulosa, ut ego alibi.